



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XLI. de splendis defectibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

nimirum quia tunc resignatio plenum effectum sortita est, & vacationis modus sublatus est: ita ut superveniente causa resolvente effectum permutationis, non restituatur beneficium sine nova collatione, vel sine aliqua iudicii precedente sententiâ declaratoriâ, ut aperte ostendit Rebuff. *ad hanc Reg. in publ. resig. num. 31.* & Socinus *cons. 168. in fin.* quod secus esset, si res adhuc esse integra, & nuda dumtaxat resignatio, quam secuta non fuisset collatio, aut permutationis acceptatio, quæ nisi interveniat, abdicatur jus à resignante seu commutante *c. si tibi absenti, de prob. in 6. Lucius lib. 2. placit. Curia Parisien. placit. 7. tit. 4. ubi in terminis,* adde Card. Seraphinum *dec. 773. num. 4. & 12.* in quibus possessionem beneficij non simpliciter cessam, sed in favorem, non abdicatur jus à cedente, nisi probetur ab eo captam fuisse, ad cuius favorem cessa fuit. & supradicta distinctio placuit D. Wamel. *cons. 341. in fin. vol. 2.* & puto equidem esse æquissimam, & unâ mecum Clarif. D. Joan. And. Opicinus. eques auctor & in Romana Curia Advocatus percelebris, & ingenij ameni, atque sagacissimi. An autem interim resignanti cedant fructus, dicam infra ad Reg. XLIII. de Consensu in resignat. num. 12.

*Argumenta in Reg. XXXIX. Innocentii VIII.  
qua est XXXVI PAULI. V.*

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Papa ponendo clausulam suppletens omnem defectum, quos defectus supplere videatur.</p> | <p>Regulæ supplicationem signatam per <i>Concessum</i>. vel <i>fiat</i>, nisi addatur <i>ut petitur</i>.</p> |
| <p>2. Non sufficit quoad effectum hujus</p>  | <p>3. motus proprius, quos tollat defectus</p>   |

*Regula XXXIX. Innocentij VIII.  
qua est XLI. Pauli V.*

DE SUPPLENDIS DEFECTIBVS.

**I**tem voluit quod si petantur suppleri defectus in genere nullatenus littera desuper concedatur, nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimantur, vel per *fiat ut petitur* supplicatio signata fuerit.

GLOSSE.



## GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit quod si in supplicatione petantur suppleri defectus, aut contra actus vel processus &c. in genere, non debet poni ista clausula in genere, nisi in petitione exprimentur isti defectus, vel nisi supplicatio sit signata hoc modo, fiat ut petitur: quia tunc omnia petita veniunt etiam in genere, hoc dicit.

Et est aqua ista Regula, quia alias est altercatio inter Doctores, si Papa confirmat cum clausula suppletentes de plenitudine potestatis defectus, si qui intervenerint &c. quos defectus Papa videtur supplere. & communiter tenetur quod refertur ad defectus quo ad solemnitatem iuris, sed non quo ad defectus personarum, puta legitimatis vel irregularitatis, nec quo ad defectus iuris naturalis, scilicet consensus, ut tenet Specul. tit. de legato §. nunc ostendendum & Host. in c. 1. de transla. & Abb. ibi & in c. inter dilect. in viii. col. de fide instru. qui etiam refert & sequitur istos Doct. ad Papam hic quod etiam quo ad defectus iuridicos non ponatur ista clausula: si amerit in quod ponatur, v. ad ad Cameram, & ibi solvens unam taxam ultra debitum, & habebit, & proderit tibi quo ad ignorantes.

Et not. quod non sufficeret signatura per concessum, etiam si dicat hic, concessum ut petitur &c. item non sufficeret quod sit signata per Papam isto modo scilicet fiat, nam si non additur ut petitur, nihil fit, per ista verba hic posita, a quibus non est recedendum l. non aliter & l. ille aut ille ff. de lega. III. sed quo ad signaturam per concessum contrarium videtur in curia, pro quo facit regula, potest quis per alium &c. de reg. int. lib. vi. tamen in hoc casu dubium esset, an haberet locum ista regula.

## COMMENTARIA IO. ACHOKIER.

Quod defectus iuris naturalis ) Ad stipulatur Gomecius ad reg. de non iudicando iuxta form. supplic. q. 16. ubi scribit quando Papa apponit clausulam in commissione suppletentes &c. eum ceteri tollere defectus juris positivi, puta contra solemnitates à jure requisitas, non etiam defectus juris positivi, puta contra solemnitates à jure requisitas, non etiam defectus juris naturalis, qualis est partis citatio, vel consensus &c. Ioan. And. & Abb. in c. per venerabilem, Qui filij sunt legitimi, ubi dicunt quod Papa non potest inducere matrimonium supplendo consensum, cum ille sit de jure naturali, ut & partis citatio quoniam ne quidem tolluntur defectus juris positivi per Papam, nisi supplicatio signata sit per fiat ut petitur ut hic in Regul. dicitur, vel nisi defectus exprimentur, quorum expressio aded est necessaria, quod etiam si dispensatio concessa fuerit motu proprio, nihilo magis relevet And. Sicu. in c. ab excommunicato

Ddd

col. 2.



col. 2. de Rescript. tamen si ex opinione Gomeſii loco dicto prædicta And. Neri doctrina dubitabilis videatur, nisi illa intelligatur procedere in defectibus perfonarum, quia in defectu solemnitatis actuum non videtur vera, eò quod talis defectus etiam in genere per clausulam motu proprio, & ex certa scientia purgatur, ut probat Alex. cons. 79. col. 5. vers. circa sextum lib. 1. Plura de tollendis & sanandis variis defectibus vide apud Gomeſi. d. loco.

*Argumenta in Regul. xl. INNOCENTII VIII.  
qua est xlii. PAULI. V.*

1. Papa derogando juri patronatus laicorum non censetur derogare juri patronatus Ducum, Marchionum &c. nisi hoc expresse dicatur.
2. Nullum tempus statutum est ad instituendum quem in beneficio.
3. Superior potest assignare tempus inferiori infra quod instituat, alias devolvitur collatio ad eum.
4. Patrono non presentante infra tempus, nec Episcopo infra sex menses instituyente, collatio devolvitur ad Archiepiscopum, & ab illo ad Papam.
5. Papa potest derogare Juri patronatus laicorum.
6. Legatus etiam à latere non potest derogare juri patronatus laicorum.
7. Quid in jure patronatus laici & clerici conjunctim?
8. Dispositio generalis Papæ non comprehendit Reges, & principes.
9. An hæc regula sit de dandis.
10. Regulæ quæ habent decretum irritans solent dari.
11. Omnes Ecclesiæ Cathedrales Hispaniæ, sive etiam Castellæ, & Galitiæ, sunt de in repatronatus Regis nec Papa confert.
12. Papa reservat sibi institutionem dictis Ecclesiis.
13. Papa potest sibi legem imponere.
14. An Rex Franciæ habeat jus patronatus in Episcopatibus sui regni.
15. Hæc Regula aucta est per Julium & Clementem octavum: & in quo Patrono non presentante intra tempus, jus devolvitur ad superiores.
17. Specificè & determinare tantum Papa derogare potest juri patronatus Illustrum personarum: quod dupliciatur multis modis.
18. Presentationis definitio: est duplex.
19. Patronus Ecclesiasticus habet sex menses ad presentandum à die notitiæ vacationis.
20. Patronus Ecclesiasticus quis?
21. Patronus Laicus quatuor menses habet ad presentandum.
22. Quid intersit inter Patronum Ecclesiasticum & Laicum.
23. Papa non solet derogare juri patronatus Regum & Principum, sed derogaret, non attenditur in Hispania.
24. Legatus de latere an conficiat: bene